STEPHANVS

DEi gratia REX Poloniæ. Magnus Dux Lituaniæ. Russiæ. Prussiæ. Masoviæ Samogitiæ Livoniæ etc. Princeps Transsylvaniæ etc. Significamus præsentibus literis nostris quorum interest univer-
sis et singulis. QVod posteaquam devoluta fuisset ad nos et iudicium nostrum per viam appelationis ab officio Consulari Craccovien. causa et actio inter Famatos Pictores Craccovien. actores ex una, et Cur-
rifices Craccovien. conventos ex altera partibus, occasione depictionis curruum omnis generis coloribus, contra iura et Privilegia ipsorum actorum. In qua causa officium Consulare Craccovien. ex rationi-
bus in decreto illorum descriptis, currifices ab impetitione actorum liberos pronunciavit, a quo decreto actorea pars ad nos appellaverat. Quemadmodum ea omnia in ipsa partium controversia causæque processu
latius continentur. In termino itaque hodierno ex appelatione prædicta proveniente et hucusque continuato. Parte Actorea per Honoratum Joannem Grad plenipotentem suum coram Judicio nostro
comparen. eumque appelationis terminum iudicialiter attentan. atque decretum Consulare Craccovien. retractari, se vero iuxta tenorem Privilegii sui in toto conservari postulante. Citata vero voce Mini-
sterialis Regni Nobilis Joannis Gorski, ter et ultra formam iuris quater clamata, nec per se nec per plenipotentem comparen. NOS cum Consiliariis et Jurisperitis nostris, audita relatione Mini-
sterialis præfati, de acclamatione partis Citatæ iudicialiter facta. In contumaciam eiusdem partis Citatæ, et ad legitimam affectationem partis actoreæ Sententia officii Consularis Craccovien. cas-
sata et retractata decernendum duximus non posse nec debere amplius currifices præfatos currus eiusmodi coloribus depingere vel ornare, neque vagos pictores sociosve eius artis apud se fovere in præiu-
dicium Pictorum Craccovien., quinimo se se iuxta Privilegia eorundem pictorum in toto conservare teneri, prout præsentibus decernimus, partemque victam in litis expensis actoreæ parti condemnavi-
mus decreti nostri præsentis vigore. Pro cuius exequutione toties quoties opus fuerit facienda remittimus partes ad officium Consulare Craccovien. in termino dum pars partem ad id ut iuris est advocaverit pe-
remptorio. In cuius rei fidem et testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum. DATVM CRacoviæ feria tertia post festum Sancti BARtholomæi Apostoli proxima.

niema!



S T E P H A N V S

Dei gratia REX Poloniæ. Magnus Dux Lituaniæ. Russiæ. Prussiæ. Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ etc. Princeps Transsyluaniæ etc. Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuer-
sis et singulis. QVod posteaquam deuoluta fuisset ad nos et iudicium nostrum, per viam appelationis, ab officio Consulari Craccouien. causa et actio, inter Famatos Pictores Craccouien. actores ex vna, et Cur-
rifices Craccouien. conuentos ex altera partibus, occasione depictionis curruum omnis generis coloribus, contra iura et Priuilegia ipsorum actorum. In qua causa officium Consulare Craccouien. ex rationi-
bus in decreto illorum descriptis, currifices ab impetitione actorum liberos pronunciauit, a quo decreto actorea pars ad nos appellauerat. Quemadmodum omnia in ipsa partium controuersia causæque processu
latius continentur. In termino itaque hodierno ex appelatione prædicta prouenienti et hucusque continuato. Parte Actorea per Honoratum Joannem Grad plenipotentem suum coram Judicio nostro
comparen. eumque appelationis terminum iudicialiter attentan. atque decretum Consulare Craccouien. retractari, se vero iuxta tenorem Priuilegii sui in toto conseruari postulante. Citata vero voce Mini-
sterialis Regni Nobilis Joannis Gorski, ter et vltra formam iuris quater clamata, nec per se nec per plenipotentem comparen. NOS cum Consiliariis et iurisperitis nostris, audita relatione Mini-
sterialis præfati, de acclamatione partis Citatæ iudicialiter facta. In contumaciam eiusdem partis Citatæ, et ad legitimam affectationem partis actoreæ Sententia officii Consularis Craccouien. cas-
sata et retractata decernendum duximus non posse nec debere amplius currifices præfatos currus eiusmodi coloribus depingere vel ornare, neque vagos pictores sociosue eius artis apud se fouere in præiu-
dicium Pictorum Craccouien. quinimo se se iuxta Priuilegia eorundem pictorum in toto conseruare teneri, prout præsentibus decernimus. partemque victam in litis expensis actoreæ parti condemnauimus
mus decreti nostri præsentis vigore. Pro cuius executione toties quoties opus fuerit facien. remittimus partes ad officium Consulare Craccouien. in termino dum pars partem ad id vt iuris est aduocauerit pe-
remptorio. In cuius rei fidem et testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum. DATVM CRacouiæ feria tercia post festum Sancti BARtholomæi Apostoli proxima.
Anno Domini Millesimo. Quingentesimo. Octuagesimo TERCIO Regni vero nostri anno Octauo.

Relatio
Illris et Magci Joannis de Zamoscie R. P. Supmi Cancelli
Gnalis Exercituum Regni. Craccouiensis, Margeburgensis
Knyssynen. Miedzirzecen. krosnowien. etc. Capitanei.

Ioan. Zamoiski R. L.
Cancell-r-

Paulus Sczerbitz
Secr: S. R. M. Not.



1582